Marbio 30 (27)

[P]aulus episcopus servus servorum dei dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Novarien. in spiritualibus generali Salutem et apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur et congruum ut illis sedes
sedes apostolica gratiosam [illegible] quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque ecclesia Conceptionis beate Marie Virginis della Croce nuncupata loci Albie Novarien. dioc. que de Iure patronatus
laicorum videlicet familie illorum de Albijs ex fundatione vel dotatione existit per liberam resignationem dilecti filii Petrifrancisci Albij nuper ipsius ecclesie Rectoris de illa quam tunc obtinebat in manibus nostris sponte
factam et per nos admissam vacaverit et vacet ad presens. Nos volentes dilectum filium Michaelem Borrinum presbyterum dicte dioc. asserentem dictum Petrumfranciscum aliunde commode vivere habere
apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum hoc intuitu favore prosequi gratioso ipsumque Michaelem a quibusvis excommunicationis suspensionis et
interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absol
ventes et absolutum fore censentes necnon Iuri patronatus huiusmodi pro medietate dilectorum filiorum modernorum ipsius ecclesie patronorum hac vice dumtaxat harum serie specialiter et expresse derogantes discre
tioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus verificato prius coram te quod Iuspatronatus predictum ex fundatione vel dotatione existat si tibi constiterit quod dictus Petrus Franciscus aliunde commode
vivere valeat ut prefertur ac per diligentem examinationem dictum Michaelem ad hoc idoneum esse reperreris super quo conscientiam tuam oneramus ecclesiam predictam que sine cura est ac cuius et illi forsan
annexorum fructus redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum ut dictus Michael etiam asserit non excedunt sive pre
misso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem resignationem dicti Petrifrancisci vel cuiusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam et coram Notario
publico et testibus sponte factam vacet et si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilii ad sedem predictam legitime devoluta ipsaque ecclesia dispositioni apostolice
specialiter reservata existat et super ea inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter Ius
quesitum et alterius medietatis patronorum huiusmodi ad hoc accedat assensus cum annexis huiusmodi ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Michaeli intra triginta dies postquam presentes tibi pre
sentate fuerint auctoritate nostra conferas et assignes inducens per te vel alium seu alios eundem Michaelem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie ac annexorum iuriumque et
pertinentiarum predictorum ac defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac faciens predicto Michaeli de ecclesie et annexorum eorundem fructibus redditibus proventibus iuribus et obventio
nibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pp. viij predecessoris nostri ac aliis
constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis aut legatorum eius
litteras impetrarint et si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus eundem Michaelem in assecutione dicte ecclesie volumus anteferri
sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu si venerabili fratri nostro Episcopo Novarien. vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab eadem sit sede indultum quod ad
receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint. Quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisio
nem presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum
de Indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dicte sedis Indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impe
diri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Ceterum ne dum prodesse studemus aliqua forte irrepat iniquitas in exitium
animarum [illegible] circumspectioni [illegible] ex parte Petrifrancisci et Michaelis predictorum super dicta resignatione ut fieret quam nos nullo huiusmodi vitio laborare deprehendimus inter
cesserit Symonie labes aut quevis alia illicita pactio vel etiam corruptela. Nos enim si dictus Michael ad hoc repertus fuerit idoneus ut prefertur ex nunc prout ex tunc decerni
mus et mandamus [illegible] super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Ac si [illegible] predicto Michaeli ad id reperto idoneo de dicta ecclesia cum interpositione decreti huiusmodi mandavissemus pro
videri. Dat. Rome apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis dominice Millesimo sexcentesimo decimo Sexto Kal. Septembris pontificatus nostri Anno Sexto

Aug.
Vitali pro Rescrib.
Contanillas
Expta. die [illegible] Arcano [illegible]
H. Hellerus y magnus
M. [illegible]
J. Bombellus
V. Carlerius
A. Altovettes [illegible]

Ja. Aie. Miletus
J. Yrquierdus

[illegible]

Reg. [illegible] Ja. Aie. Miletus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878952447-17/fragment/page=0001

1 . Anno Incarnationis Dnicę MDCX Die secunda Septembris R.dus Petrus Franciscus per Archange-
lum Sibilterium Procuratorem suum R.di signavit et Lictionis exped.ni consensit Juravit

Fr. Antonio Mansonio Amicus

C 2

1616 IV

1610. 6. 7bre Rom. Paul. V

Breve d'elez.e del R. Prete Michele Boffino

della Capellania di Nibbia di rag.e Padrona e

della Casa Nibbia e p. renonzia del Sigr.do

Pro Fran.co Nibbia

XXXI, 6

Morbio 30 (27)

Sausseus
pro Magro

Morbio 30 (27)

PAVLVS PAPA V

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1878952447-17/fragment/page=0002

Paulus Episcopus servus servorum dei Dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Novarien. in spiritualibus generali Salutem et apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat
sedes apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque ecclesia Conceptionis beate Marie Virginis della Croce nuncupata loci Albie Novarien. dioc. que de iure patronatus
laicorum videlicet familie illorum de Albijs ex fundatione vel dotatione existit per liberam resignationem dilecti filij Petrifrancisci Albij nuper ipsius ecclesie Rectoris de illa quam tunc obtinebat in manibus nostris sponte
factam et per nos admissam vacaverit et vacet ad presens. Nos volentes dilectum filium Michaelem Borrinum presbiterum dicte dioc. asserentem dictum Petrumfranciscum aliunde commode vivere valere
apud nos de vite ac morum honestate alijsque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu favore prosequi gratioso ipsumque Michaelem a quibusvis excommunicationis suspensionis et
interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absol-
ventes et absolutum fore censentes necnon iuri patronatus huiusmodi pro medietate dilectorum filiorum modernorum ipsius ecclesie patronorum hac vice dumtaxat harum serie specialiter et expresse derogantes discre-
tioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus verificato primitus coram te quod ius patronatus predictum ex fundatione vel dotatione existat si tibi constiterit quod dictus Petrusfranciscus aliunde commode
vivere valeat ut prefertur ac per diligentem examinationem dictum Michaelem ad hoc idoneum esse reppereris super quo conscientiam tuam oneramus ecclesiam predictam que sine cura est ac cuius et illi forsan
annexorum fructus redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum ut dictus Michael etiam asserit non excedunt sive pre-
misso sive alio quovismodo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem resignationem dicti Petrifrancisci vel cuiusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam et coram Notario
publico et testibus sponte factam vacet et si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilij ad sedem predictam legitime devoluta ipsaque ecclesia dispositioni apostolice
specialiter reservata existat et super ea inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore dat. presentium non sit in ea alicui specialiter ius
quesitum et alterius medietatis patronorum huiusmodi ad hoc accedat assensus cum annexis huiusmodi ac omnibus iuribus et pertinentijs suis eidem Michaeli intra triginta dies postquam presentes litere tibi pre-
sentate fuerint auctoritate nostra conferas et assignes inducens per te vel alium seu alios eundem Michaelem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie ac annexorum iuriumque et
pertinentiarum predictorum ac defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac faciens predicto Michaeli de ecclesie et annexorum eorundem fructibus redditibus proventibus iuribus et obventio-
nibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra predicta appellatione postposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifatij pp. viij predecessoris nostri ac alijs
constitutionibus apostolicis contrarijs quibuscumque aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis aut Legatorum eius
literas impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus eundem Michaelem in assecutione dicte ecclesie volumus anteferri
sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari seu si venerabili fratri nostro Episcopo Novarien. vel quibusvis alijs communiter aut divisim ab eadem sit sede indultum quod ad
receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint quodque de huiusmodi vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem provisio-
nem presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum
de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impe-
diri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Ceterum ne dum prodesse studemus aliqua forte irrepat iniquitas in extremum
animarum tuarum periculum sue circumspicionis ex parte Petrifrancisci et Michaelis predictorum super dicta resignatione ut fieret quam nos nullo huiusmodi vitio laborare deprehendimus inter-
cesserit Symonie labes aut quevis alia illicita pactio vel etiam corruptela. Nos enim si dictus Michael ad hoc repertus fuerit idoneus ut prefertur exnunc prout ex tunc irritum decerni-
mus et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Ac si ad dat. earundem presentium predicto Michaeli ad id reperto idoneo de dicta ecclesia cum interpositione decreti huiusmodi mandavissemus pro-
videri. Dat. Rome apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis dominice Millesimo sexcentesimo decimo Sexto Kal. Septembris pontificatus nostri Anno Sexto.

M. G. N[illegible]

D. Canesianus

J. Chaillet

2